

eo supra in hac subsectione n. 37., & tenet Pater Emanuel Manganus philosophia naturę, puto 3. & alij e Societate Iesu hic, & formam substantialem non reciperet per simplicem emanationem, sed ad alijs principijs dependenter, quod est sufficiens, ut nullo modo etiam a posteriori, dependeat à forma, etiam si penderet ab alijs effectibus, quos produceret per simplicem emanationem.

45 Obijcies 2. forma substantialis ex eo, quod educeretur de potentia materie petit informare illam, & sine illa non potest conseruari; ergo similiter materia exigere informari, sine forma conseruari non posset, quia æqualiter una ordinatur ad alteram. probant antecedens strictissima ratione. si forma educta non indigeret vniōne ut conseruaretur, atque actuali informatione in materiam, sequeretur quod quando forma ignis v. g. informaret materiam ligni, non expelleret formam ligni, nec eius informationem, & sic suam informationem, & sic permaneret ibi forma ligni non informans, sed non permanet forma ligni nisi per vniōnem cum materia; ergo neque materia potest permanere de se absque vniōne cum forma, saltem naturaliter.

Respondeo huic argumento, in quo valde contra me confidunt aduersarij, & nego antecedens quoad secundam partem; si daretur materia prima, & si haberet naturalem ordinē ad formam respectu compōsiti faciendi, & formā ad materiam, non inde sequitur, quia possint una sine alia conseruari, & sic nego, consequentiam; ad probationem antecedentis in parte negati, dicendum est, quod illa expulsio non prouenit a repugnantia vniōnis informationis cum alia, sed ab intemperie primarum qualitatum; una namque informatione non repugnat cum alia, sicut nec una vbiatio cum alia vbiicatione, vt dicam infra cum de forma, & corpore locando, unde falso est, quod ibi permaneat forma ligni, quia remissis eius qualitatibus, & praealentibus alterius, videlicet illius formae ignis, defuit forma ligni, ex hoc non sequitur, quod materia prima si separata esset ab omni forma, siue vi diuina, aut naturae, quod naturaliter sola non posset existere, quod est id quod aduersarij probare non possunt; ad hoc ut probent suam intentum ostendere debent, materiam primam non esse ens reale, atque adeo non habere propriam essentiam suam extra causam, quod dicit existentiam propriam, sed esse puram potentiam logicam, videlicet non repugnantiam;

sed